

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Ivrid. Lipsiensis Ordinarii  
Tractatio Synoptica Institvitionvm Ivrис Ivstiniianeарvm  
Theoretico-Practica**

**Mencke, Lüder**

**Lipsiae, MDCCXXXV**

**VD18 11839880**

**Tit. XV. De Vulgari Substitutione.**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18253**

possibili institui queunt: *a. l. un. §. 7. C. d. cad'*  
*toll. Filiis familias saltem sub Conditione potesta-*  
*tiva. l. 4. ff. d. hær. inst.* Impossibilis Conditio  
 vero Institutioni addita pro non adscripta habe-  
 tur, *§. X. J. b. L. 14. ff. d. cond. inst.* idemque ob-  
 tinet, si Legato vel Fideicommisso adjecta sit,  
*d. §. etiam hodie.*

X. Hæredis Institutioni adjicitur Conditio vel  
 una vel varia, & cum hæc expressa est conjun-  
 ctim omnibus, disjunctim uni, satisfaciendum  
 est. *§. XI. J. b. j. C. 70. d. R. J. 6. (e)* §. II. I. h.

XI. Hæredes institui possunt etiam ii, quos  
 Testator nunquam vidit. *§. XII. J. b.* §. 12. I. h.

## TIT. XV.

### De Vulgari Substitutione.

#### De pluribus gradibus heredum.

POTEST autem quis in testamento suo plures Ex Mar-  
 gradus heredum facere, ut puta: Si ille heres non cian. l. 36.  
 erit, ille heres esto. Et deinceps, in quantum velit pr. ff. de  
 testator, substituere potest: & novissimo loco in Vulg. &  
 P̄p̄ill. subsidium vel servum necessarium heredem insti- Substit.  
 tuere.

#### De numero heredum singulis gradibus.

i. Et plures in unius locum possunt substitui, vel Ex d. l. 36.  
 unus in plurimum, vel singuli in singulorum, vel invi- §. 1. ff.  
 cem ipsi, qui heredes instituti sunt. b. t.

Quam partem singuli substituti accipiunt, si partes in  
 substitutione expressæ non sint.

2. Et si ex disparibus partibus heredes scriptos

(e) In alternativis sufficit alterutrum adimpleri. C. 70.  
 d. R. J. 6.

invicem substituerit, & nullam mentionem partium in substitutione habuerit, eas videtur in substitutione partes dedisse, quas in institutione expressit: & ita Divus Pius rescripsit.

*Si coheredi substituto alius substituatur.*

*Ex Julian.* 3. Sed si instituto heredi, & coheredi suo substituto dato, *l. 27. ff. hoc sit.* alius substitutus fuerit, Divi Severus & Antoninus sine distinctione rescriperunt, ad utramque partem substitutum admitti.

*Si quis servo, qui liber existimabatur, instituto substitutus fuerit.*

*Ex Julian.* 4. Si servum alienum quis patremfamilias arbitratus, *l. 40. ff. de bered. in fit.* heredem scripsiterit, &c, si heres non esset, Mævium ei substituerit, isque servus jussu domini adierit hereditatem, Mævius in partem admittitur. Illa enim verba: *Si heres non erit, in eo quidem, quem alieno juri subjectum esse testator scit, sic accipiuntur, si neque ipse heres erit, neque alium heredem effecerit: in eo vero, quem patremfamilias esse arbitratur, illud significant, si hereditatem sibi, vel ei, cuius juri postea subjectus esse cœperit, non acquisierit.* Idque Tiberius Cæsar in persona Parpon, *l. 41. ff. eod.* thenii servi sui constituit.

### I.

*S*ubstitutione late sic dicta, die Auffter. Einsetzung. Nach. Erben Sazung, est ulterioris Hæredis in Locum defientis Surrogatio. a. §. 3. f. d. fideic hered. c. i. d. testam. 6. Dividitur in directam s. stricte sic dictam, l. 15. ff. d. vulg. & pup. substit. & fideicommissariam. Directa est ulterioris Hæredis Institutio in Locum defientis Verbis directis facta. d. l. 15. Dispescitur ea in vulgarem, pupillarem, & militarem. Vulgaris est

est die gemeine Nach oder Aßter-Satzung, quæ fit a quovis Testatore cuicunque Hæredi in Casum si Hæres non erit; PR. J. b. eaque vel ex-Pr. I. h. pressa, quæ nominatim exprimitur, vel tacita, quæ sub alia Substitutione subintelligitur. l. 4. pr. §. 2. ff. d. vulg. & pupill. Subst.

II. *Substitution Vulgaris* fit vel 1) primo vel ulteriore Gradu, in Subsidium quoque Servus necessarius Hæres institui potest: PR. J. b. *Hodie Mancipium Turicum*; 2) ita ut plures in unius, vel unus in plurimum, vel singuli in singulorum Locum, item Cohæredes sibi invicem, substituantur, §. I. J. b. j. l. 4. §. 1. ff. d. t. atque hoc Casu, §. I. I. h. cum ex disparibus Partibus Hæredes scripti invicem substituti sunt, nulla Partium Mentione facta, Partes in Institutione expressæ in Substitutione censentur repetitæ; §. II. J. b. L. 24. ff. d. vulg. §. 2. I. h. & pup. Subst. (a) 3) Immediate vel Mediate, e.g. per Substitutionem factam Cohæredi substituto: quandoquidem substitutus substituto censetur etiam substitutus instituto. §. III. J. b. l. 27. ff. d. t. §. 3. I. h.

III. *Expressa vulgaris Substitution* fit Verbis expressis, in Casum si Hæres non erit, quæ Formula aliud significat in Hærede alieno Juri subjecto, §. IV. J. b. aliud in Hærede extraneo sui Juris. v. Tr. Syn. Inst. b. t. Cum liber Homo ita substitutus est Servo, quem Testator Patrem fam. esse ar-

(a) *Quando instituti sibi invicem sunt substituti, creditur Testator ex iisdem Partibus ipsos substituisse, ex quibus eos instituit.* a. §. II. J. b. L. 24. ff. d. vulg. & pupill. subst.

bitrabatur, efficit ea Substitutio, ut substitutus cum instituto in Partem dimidiā Hæreditatis

§. 4. I. h. admittatur. §. IV. J. b. j. l. 164. §. 1. ff. d. V. S.

IV. Substitutio vulgaris *bodie* in Germania maxime in *Saxonia* non recessit ab Uso. a. P. 3. C. El. 8.

## TIT. XVI.

### *De Pupillari Substitutione.*

*Forma, effectus, origo & ratio pupillaris substitutionis.*

**L**IBERIS suis impuberibus, quos in potestate quis habet, non solum ita, ut supra diximus, substituere potest, id est, ut, si heredes ei non extiterint, alius sit ei heres: sed eo amplius, ut, si heredes ei extiterint, & adhuc impuberis mortui fuerint, sit eis aliquis heres: veluti, si quis dicat hoc modo: *Titius filius meus heres mihi esto.* Et si filius meus heres mihi non erit, sive heres erit, & prius moriatur, quam in suam tutelam venerit, id est, antequam pubes factus sit, tunc *Sejus heres esto.* Quo casu, siquidem non extiterit heres filius, tunc substitutus patri sit heres: si vero extiterit heres filius, & ante pubertatem decesserit, ipsi filio sit heres substitutus. Nam moribus institutum est, ut, cum ejus ætatis filii sint, in qua ipsis sibi testamentum facere non possunt, parentes eis faciant.

### *De substitutione mente capti.*

\* v. L. 9. C.  
de imp. &  
aliis sub-  
stitutis.

i. Qua ratione excitati, etiam \* Constitutionem posuimus in nostro Codice, qua prospectum est, ut si qui mente captos habeant filios, nepotes, vel proprie nepotes, cujuscumque sexus vel gradus, liceat eis, et si puberes sint, ad exemplum pupillaris substitutionis, certas personas substituere. Sin autem resipuerint, eandem substitutionem infirmari facimus: